

liter non insertam¹⁾ effectus huiusmodi gratiae impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque²⁾ toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli igitur omnino hominum etc. Si quis hoc etc. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae M.CCCC.LXIV octavo Kalendas Junii pontificatus nostri anno sexto.

Nach Barthel's Diplomat. Lips. II. fol. 63^b im Rathsarchiv zu Leipzig.

Mit vielen Fehlern gedruckt in dem Bericht d. deutsch. Gesellsch. zu Leipzig 1838. S. 25.

1) Barthel: *vel tenor non insertum*. 2) Barthel: *cuiusque*.

No. 373. 1464. 25. Mai u. 10. Juni.

Bischof Prosper (Escualensis¹⁾, von Huesca?) zeigt dem Bischof von Mersburg und denjenigen, welchen die Verleihung der Mariencapelle auf dem Rathhause zu Leipzig zuständig ist, an, dass ihm durch Nicolaus Muffel ausser der für diesen ergangenen päpstlichen Provision (No. 372) eine Bulle folgenden Wortlautes ausgehändigt worden ist: Pius episcopus servus servorum dei venerabili viro episcopo Escualensis et dilectis filiis sancti Johannis novi monasterii Herbipolensis ac sanctorum Petri et Pauli Ciczensis Neunburgensis diocesis ecclesiarum praepositis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie cum capella beatae Mariae virginis in praetorio opidi Lipczk Mersburgensis diocesis, quae de iure patronatus laicorum existit, per promotionem dilecti filii Theoderici de Buckestorff electi Neumburgensis per nos factam de eo ad ecclesiam Neumburgensem tunc pastore carentem per munus consecrationis eidem electo impendendum vacare speraretur, nos motu proprio capellam praedictam, cum illam ut praefertur aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis a canonibus diffiniti aut alias quovismodo praeterquam per ipsius electi obitum vacare contingeret, conferendam dilecto filio Nicolao Muffell clerico Bambergensis diocesis cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi apostolicae reservavimus, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum, si et postquam dictae litterae vobis praesentatae fuerint, per vos vel alium seu alios capellam praedictam cum illam vacare contigerit ut praefertur, etiamsi actu alias quovismodo aut ex alterius cuiuscunque persona seu per liberam resignationem dicti electi aut alterius de illa extra Romanam curiam etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod eius collatio extra Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta ipsaque capella dispositioni apostolicae alias specialiter reservata existat, et super ea inter aliquos lis, cuius statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datae praesentium non sit in ea alicui specialiter ius quaesitum, cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis eidem Nicolao auctoritate nostra conferri et assignari curetis, inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem capellae iuriumque et pertinentiarum praedictarum et defendentes inductum amoto exinde quolibet illicito detentore ac facientes eidem Nicolao de dictae capellae frugibus redditibus proventibus iuribus et obventionibus universis integre responderi, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii octavi papae praedecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus nec non omnibus, quae in dictis litteris volumus non obstare, contrariis quibuscunque, aut si venerabili fratri nostro episcopo Mersburgensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, contradictores auctoritate nostra

1) Die Handschrift hat durchweg *Estualensis*.